

alteram medietatem dicte ecclesie et plebano noverit se persolutorum. Ut autem hec nostra constitutio perpetue valitura perseveret, sigilli nostri impressione presentem paginam iussimus communiri.

Datum viii kal. decembr. anno domini MCLVIII; actum apud Runkaliam<sup>m)</sup> in curia Longbardorum; in nomine domini feliciter amen.

5

## 290.

*Graf Dedo verkauft an das Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg ein bei dem Dorfe Mose gelegenes Grundstück Badenacker und schenkt demselben eine dazu gehörige Wiese. — Zeuge: Markgraf Dietrich.*

**Elbey, 1159 Sept. 13.**

*Hdschr.: Cod. Vienn. (Saec. XII.) Bibliothek Wernigerode (ohne Datum und Zeugen) A und Rothes Buch Kopial 10 fol. 69 (Saec. XIV.) Kloster U. L. Fr. Magdeburg (B).*

*Gedr.: v. Heinemann, Codex dipl. Anhalt. 1,329 und Geschichtsqu. der Prov. Sachsen 10,25.*

Dedo divina favente clementia comes. Notum sit universitati fidelium tam presentium quam futurorum, quod ego Dedo dei gratia comes fundum quendam, quem Bādenaker vocant, qui mihi hereditario iure ex coniunctione uxoris meę Machthildis ob- 15 venit, fratribus ecclesie beate Marię Magdeburgensis consensu memorate uxoris meę filiorumque meorum Theoderici et Philippi sexaginta libris argenti vendiderim. Huic autem fundo pratum quoddam attinet, quod pro remedio anime meę uxorisque et filiorum meorum ipsis consentientibus ecclesie beate Marię in usum predictorum fratrum obtuli et adhibitis idoneis testibus absque cuiusquam contradictione perpetuo possidendum stabilivi. 20 Huius igitur rei consummatio et confirmatio acta est in villa Elvebue<sup>a)</sup> super ripam Albis fluminis, ne<sup>b)</sup> una legitimis heredibus meis ea, que predicta sunt, super reliquias beate Marie offerente et marchione Alberto cum filio suo Ottone marchione iure advocatię substitutionem sui rite eadem suscipiente. Ne qua igitur futuris temporibus postmodum<sup>c)</sup> de his omnibus cuiusquam querimonia oriatur, actionem hanc scripto annotavimus et sigilli nostri 25 impressione insignitam<sup>d)</sup> perpetuo confirmavimus. Acta<sup>e)</sup> sunt hec anno dominice incarnationis MCLVIII, indictione VII, concurrente III, epacta XI, idus septembris, Adriano summo pontifice sancte Romane ecclesie presidente, regnante Friderico Romanorum imperatore semper augusto, sub presulatu venerabilis Wichmanni Magdeburgensis archiepiscopi; amen. Huius rei testes sunt. Wichmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Hazecho 30 decanus maioris ecclesie. Lodewigus prepositus sancte Marie. Baldewinus. Arnoldus. Odelricus eiusdem ecclesie canonici. Eilhardus. Gisilbertus. Baldewinus. Meinherus. Reinlevus laici fratres. Adelbertus marchio. Otto filius eius. Theodericus marchio. Wernherus comes de Veltheim. Uffo. Bruno de Gerslove. Richardus de Aleslove. Hermannus de Bardenlove. Heinricus filius prefecti Sifridi. Ericus de Elvebuge. Godescalcus 35 de Vulmerstede<sup>f)</sup>. Conradus de Witin. Godescalcus. Heinricus Hovet. Burchardus. Otto. Theodiricus.

289. m) Kunkaliam.

290. a) Elvebuge B. b) me A u. B. c) postmodum temporibus B. d) insignito B. e) Von Acta — Schluß fehlt A.

f) Wlmerstede B.